

Sc. humilis tuberosa glabra syriaca. *Moris. hist. 3. p. 83. sect. 7. t. 6. f. 16.*

In campestribus Caucaso subjacentibus occurrit et ad Wogram circa Zarizyn frequens. Floret Majo. 2

1574. SCORZONERA *lanata*.

Sc. caule unifloro basi folioso, foliis linear-lanceolatis undulatis undique fericeo-lanuginofis, radice tuberosâ.

Sc. tuberosa humilis. *Moris. hist. 3. p. 83. sect. 7. t. 6. f. 17.*

Habitat in Iberiae collibus siccis circa Tiflin. 2

Statura, habitus et radix praecedentis, sed tota *planta* pilis mollissimis candidissimis elongatis vestita. *Folia* pleraque radicalia: uno tantum alteroue ad basin *caulis* subnudi lanuginosi. *Calyx* etiam totus lanuginosus: squamis lanceolatis. *Corollulae* luteae.

1575. SCORZONERA *pufilla*.

Sc. caule ramoso procumbente foliis filiformibus apice circinnatis, radice tuberosâ.

Sc. foliis filiformibus apice circinnatis, caule ramoso. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1501. Pall. itin. 2. app. n. 122. t. L.*

Habitat in arenâ mobili deserti Caucasio-caspici: circa Astrachan quoque reperitur. Floret Majo. 2

Radix: tubera onata concatenata in arenam alte defixa sapida.

1576. SCORZONERA *laciniata*.

Sc. foliis inferioribus pinnatifidis linearibus: superioribus linearibus, calycibus glabris: squamis inferioribus patulis mucronatis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1506. Jacq. austr. 4. p. 29. t. 356. Hall. hist. n. 12. Pall. ind. taur.*